

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies decimus et undecimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1868**

De S. Grammatio Ep. Conf. Salerni In Begno Neapolitano Sylloge Sancti  
memoria in utroque Ferrarrii Catalogo, cultus ecclesiasticus, tempus sedis  
incertum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71246](#)

## DE S. GRAMMATIO EP. CONF.

SALERNI IN REGNO NEAPOLITANO

## SYLLOGE

Sancti memoria in utroque Ferrariorum Catalogo; cultus ecclesiasticus,  
tempus sedis incertum.

SEC. FORTE VIII  
Sanctus, qui  
in utroque  
Ferrariorum Cata-  
logo hodie me-  
moratur, elo-  
giisque,

**S**alernitanum hunc sanctum episcopum Ferrarius in ambobus suis, quorum alter Santos Italiae, alter Sanctos, qui in Martyrologio Romano non sunt, complectitur, Catalogos hodie recenset. Ac paucis quidem his verbis: Salerni S. Grammatii episcopi, in posteriori, in priori vero, adhibito etiam, quo quoddam Vitae S. Grammatii compendium exhibet, prolixiori elogio, id facit. Elogium illud, quod e Gaspare Musca, civitatis Salernitanæ presbytero, quem ad calcem citat, accepit, ipsiusmet a scriptore isthoc in ecclesiæ Salernitanæ episcoporum Catalogo pag. 12 usurpatis verbis, quæ Ferrarius nonnulli mutavit, Ughellus tom. 7 Italæ sacræ in episcopis Salernitanis integrum recitat, idque et ego hic facturus modo hic ante omnia sum. Sic habet: Sanctus Grammatius, Salerni episcopus, nobilibus parentibus, sed ob Christianæ pietatis cultum longe nobilioribus, genitus, divinae Majestatis veneratio mirabiliter a pueritia deditus, cum disciplinarum studio morum ac vita integratatem conjungens, grandior factus, ut Christum Dominum, paupertatis auctorem, toto sectaretur anno, suas pauperibus facultates dis tribuit. Mox cum sanctus vir Bonosius, Salernitanæ urbis episcopus, ex hac peregrinatione ad cælestem patram evolasset, quamvis invitus, incredibili omnium consensu episcopus creatus.

**C** 2 In cuius honoris fastigium elevatus, eandem tamen pauperum sollicitudinem semper habuit, eadem in corde humilitas, eadem in vultu gravitas erat. Assiduis populum concionibus ad humanarum rerum contemplationem et æternæ beatitudinis desiderium vehementer excitans, orationibus, vigiliis ac jejuniis ita carnem spiritus imperio subiciebat, ut terrenis negotiis solitus, mente celestibus inhaeret: Morti tandem proximus, supellectilia domus egenus ac pauperibus suis ipse manibus elargitus, accitos presbyteros et clericos, veluti filios de sua ad Dominum transmigratione comonet, et bene Christianeque vivendum cohortatur, et simul Salernitanam ecclesiam (quod ad gloriosi corpus apostoli et Evangelistæ Matthœi pertinet) haud multo post tempore caelesti fore thesauro insignem prenuntiat, erectisque in cælum oculis v Idus Octobris, qui dies quo tannis in ecclesia Salernitana ad ejus honorem festivus agitur, obdormivit in Domino, ejusque sanctitatem quam plurimis postea miraculis, qui est mirabilis in Sanctis suis, Deus illustravit; per quem cœcis videndi et surdis audiendi et mutis loquendi et claudis ambulandi facultatem restituit, leprosus mun-

davit ac paralyticos etiam et ab immundis spiritibus oppressos liberavit. Tale est, quod hoc transcriptum duxi, Grammatii elogium; verum quā fidem id meretur?

**3** Musca, qui, id suppeditans secundum inter episcopos Salernitanos locum Grammatio in Catalogo supra laudato concedit, in admonitione ad studiosum lectorem huic prævia sub finem sic loquitur: Utinam circa priores episcopos, quos in Sanctorum numero ecclesia nostra semper habuit ac venerata est, certius aliquid, preter dicenda, afferre potuissimus! Sed in iis Tabulas, Breviarium, Missale et antiquas inscriptiones altaris, quod Sanctorum confessorum appellatur, aliaque monumenta ecclesiæ nostræ, quorum fides certa habetur, quod ad illorum ordinem, non numerum, securi sumus. Monumenta itaque, quorum fides certa habebatur, Musca, si vera memoret, sibi prælucentia habuerit; verum, quem deinde est secutus quemque sese ex hisce hausisse, hic indicat, antiquorum sanctitate illustrium ecclesiæ Salernitanæ antistitum ordo, si forte, hosce inter non sedisse illos alios medios, Musca contendat, haudquaquam, uti ex infra dicendis patescat, est certus. Adhæc, dum ad elogii jam dati calcem, unde, quæ in hoc memorat, accepit, assignat, Salernitanum dumtaxat Breviarium nominat; cum autem particularium ecclesiarum Breviariorum, in quibus non raro, quæ a veritate historica aliena sunt, memoria prodila inventiuntur, pro certæ atque indubitate fidei monumentis haberi non posse, eruditorum etiam vulgo sit notum, enimvero, quæ in modo hoc transcriptio Sancti nostri elogio seu Vitæ compendio a Musca traduntur, nec aliunde quam a Breviario Salernitano de prompta noscuntur, neutiquam queunt pro undeque certis haberi.

**4** Verum, etsi sic habeat, Ferrarius equidem, qui, quemadmodum jam dixi, in ambobus suis Sanctorum Catalogis Grammatium hodie memorat, Salerni illum in brevi supra huc transcripta annuntiatione merito signat. Ibidem enim hic Sanctus noster non tantum episcopum egit, sed et sepulturam est nactus, honorifice hodieque servatur ac porro quod præcipuum est, ut Sanctus, cultu ecclesiastico, cuius initium assignari non potest, afficitur, uti e jam nunc dicendis intelliges. Officii ecclesiastici, infra memorandi, quod inter penes nos existantia Officia propria (ita scilicet in titulo, quem præferunt, vocantur) festorum ecclesiæ Salernitane, ab illusterrimo et reverendissimo viro DD. Bologni-

Salerni, ubi  
honorifice ho-  
dieque

no,

AUCTORE  
C. B.

no, archiepiscopo Salernitano, apostolica auctoritate reformata et anno MDXCIV Neapoli excusa, ad xi Octobris diem de S. Grammatio proponitur, Lectio vi, narrata Sancti morte, hunc in modum concluditur: Corpus ejus, (Grammatii nimirum) in Pontificium altari inferioris basilice cathedralis (*Salernitanæ*) ecclesiæ, ubi B. Bonosius requiescit, fuit repositum; ut quorum eadem in pontificatu fuerat sors, ac eadem in celis gloria, idem quoque eorumdem esset venerationis locus. *Eo ipso, quo hic indicatur, loco sepultum fuisse Salerni S. Grammatium, traditum quoque loco supra cit. Ughellus, Sancti elogio, e Musca recitato, mox subjungens: Reconditum est ejus (S. Grammatii videlicet) corpus in ecclesia cathedrali in crypta inferiore sub altaris confessione, ubi et posita sunt aliorum sanctorum episcoporum ejusdem civitatis (*Salernitanæ*) veneranda corpora, *Salerni autem in cathedrali seu Metropolitana ecclesia* hodie servari aut certe sub sec. XVI finem servatum adhuc fuisse S. Grammatii corpus, fidem faciunt Constitutiones, ab Antonio B Marsilio Columna, archiepiscopo Salernitano, in diocesan synodo anno 1579 edita et anno seq. typis excusae.*

servatur, ec-  
clesiastico,

5 In his enim Corpora et reliquiae Sanctorum, quæ condita reperiuntur in Metropolitana ecclesia Salernitana, pag. 383 indicantur, ac deinde pag. seq. ista leguntur: In altari, quod structum est ad honorem confessorum ex parte meridiei requiescent corpora B. Bonosii, episcopi Salernitani, B. Grammatii, B. Veri, B. Eusterii, B. Gaudiosi, B. Valentini, episcoporum Salernitanorum. Constitutionibus dictis accedit Ferrarius, qui Salerni in majori seu cathedrali ecclesia requiesceret seu servari hodieque S. Grammatium in Annotatione, quam hujus elogio subdit, sequentibus hisce verbis, Corpus S. Grammatii in aede majore Salernitana apud S. Bonosium requiescit, diserte affirmat; ut nesciam, cur Castellanæ, qui, Ferrarii exemplum secutus, in Martyrologio suo Universalis Grammatium hodie signat, in annuntiatione, qua id facit, nostri hujus Sancti corpus in S. Bonosii asservari tradat. Anne forsan cathedralem Salernitanam ecclesiam, quam olim sub titulo S. Marie Angelorum, at nunc sub nomine S. Matthæi Apostoli, civitatis patroni, Deo consecratam, Ughellus Italizæ Sacre tom. 7 in Episcopis Salernitatis scribit, S. Bonosii, episcopi Salernitani, in Opus nostrum ad XIV Maii diem jam illat, appellatione modo etiam insigniri existimari? Ut sit, sacram equidem Grammatii corpus in cathedrali Salernitana ecclesia hodieque servi, certum omnino atque indubitatum et jam dictis apparet. Modo ad cultum, quo Salerni gaudet, sermonem converto.

uti hie adducia  
probanti, contiu-

6 In Kalendario, quod supra laudata festorum ecclesiæ Salernitanæ Officia propria præfixum sibi habent, præscribitur ad diem XI Octobris festum S. Grammatii episcopi et confessoris sub ritu duplice ac dein pag. 69 et binis segg. post hæc verba Die XI Octob. S. Grammatii episcopi Salernitani; omnia de communis Confessorum Pontif. præter illa, quæ hic sunt propria, Oratio et Lectio sex propriæ pro ecclesiastico, quo tum honorandus S. Grammatius, Officio recitandæ proponuntur. Oratio, hanc multum ab Oratione, quam supra hoc transcripto Grammatii elogio Gaspar

Musca e Salernitano Breviario subnectit, est diversa hisque verbis concipitur: Deus, qui hodiernam diem sanctissimam nobis beati Grammatii confessoris tui atque pontificis solemnitate tribuisti, adesto propitius Ecclesiae tuae precibus, ut, cuius gloriatur meritis, muniatur suffragii. Per Dominum etc.; quod autem ad Lectio spectat, hæc præter id, quod, ut supra vidimus, de S. Grammatii corpore in cathedrali Salernitana ecclesia deposito tradunt, nihil sere, quod in elogio seu qualicunque Vitæ S. Grammatii compendio supra huic transcripto non continetur, subministrant. Adhac non alibi, ut appareat, quam in festorum ecclesiaz Salernitanæ propriis, anno 1594 (horum titulum num. 4 videsis) reformatis luceque publico donatis, reperiuntur.

7 Quare, cum elogio supra huic transcripto, utpote quod, quamvis quidem in Epp. Salernitanorum Catalogo, haud citius quam eodem anno 1594 in lucem emisso, suppeditetur, tum tamen a Musca, uti hic ipsomet ad ejus calcem notat, e Breviario Salernitano, et quidem, ut Ughellus loco supra cit. addit, vetusto, E fuerit de promptum, antiquitatis palmam cedant, eas ego integras Sylogas huic haud inserendas, sed tantum, si quid forsitan, quod usui utcumque esse posset, offerrent, lectori id proponendum, existimavi. Interim tam ea illis, quam ex aliis, jam adductis Salerni colli Grammatium, non tantum ut Sanctum, sed et ut Salernitanum episcopum, fit perspicuum; verum, etsi sic habeat, nec, quin vere Sanctus existiterit Salernitanus episcopus, dubitari illo modo queat, tempus tamen, quo sedem Salernitanam occuparit, certo determinari potest, uti eam nunc dicendis patescat. Musca, qui plures, quam deinde relatus sit, antiquos episcopos, sanctitatem illustres, qui ecclesiam Salernitanam reixerint, existisset, in sua ad lectorum, quam supra laudata episcoporum atque archiepiscoporum Salernitanorum Catalogo præmittit, admonitione conjectat, in hoc deinde primum illos inter locum S. Bonosio, secundum S. Grammatio, tertium S. Vero, quartum S. Eusterio, quintum S. Gaudiosi, sextum S. Valentini ac septimum denique Gaudentio, quem nec ipse Sanctum appellat, nec ut Sanctum ecclesia Salernitana veneratur, concedit.

8 Hinc sunt, quid, post Grammaticum primo quidem quatuor adhuc alios episcopos ac tum demum Gaudentium, qui anno 500 sedit, a Musca sic ponit conspicati, existisse in viis anno circiter 400 Sanctum nostrum conjiciunt. Verum, ait tom. VII Italizæ Sacre in episcopis Salernitanis Ughellus, facile est advertere, ut eruditus innuit Antonius Carraciolum de sacris Neapolitanis monumentis in Gaudiosi, Muscam non habuisse rationem temporis in suis illis episcopis recensendis; sed ante omnes alios, posuisse divos, mox subjecisse Gaudentium ceterosque, qui divi non fuerunt, existimavitque Bonosum, cui successit Gaudiosus, floruisse Neapoli ac Salerni multis annis post Gaudentium. Ita ille, Carraciolum hic, neque vero prorsus immerito, secutus; etsi enim, contra ac his verbis innuvi videtur, ordinis ac proin et temporis in sex jam memoratis antiquis ac Sanctis Salernitanis episcopis recensendis rationem habuisse seu sedulo, ne quem ex horum numero, qui sedem Salernitanam

gaudet, secun-  
dus inter Sa-  
lernitanos epi-  
scopos a Musca  
numeratur.

verosimilier-  
que tamen, si  
forte, qui post  
annum,

A Salernitanam ante eorumdem alterum occupasset, huic forte postponeret, curasse Muscam, ex ipsiusmet ejus verbis, num. 2 huc transcriptis, appareat. anno tamen, Sanctos illos Salernitanos episcopos ac proin S. Grammatum Salernitanis episcopis aliis, sanctitate haud conspicuis, quibus posteriores existiterint, per-  
peram haud preponal, dubitari vel idcirco po-  
test, quod Gaudentio, qui ecclesiae Salernitanæ  
anno 500 præfuisse scitur, præponat Gaudio-  
sum, quem tamen hanc non nisi post annum  
istum episcopi munere moderatum esse, verosi-  
millimum ex iis, quæ jam nunc subdam, evadit.

*uti hic proba-  
tur, 500 sedit  
Gaudiosus*

B 9 Neapolitanam S. Mariæ ecclesiam S. Pon-  
tinius episcopus, de quo in Operè nostro ad  
xv Maii diem jam actum, post annum 500 seu  
sec. vi aliquamdiu jam inchoato, uti ex iis, quæ  
ibidem de Sancto isto dicta sunt, nemo non col-  
liget, exstruxit; in encomiastica autem de S.  
Gaudiioso oratione, Salerni in ejus festo reci-  
tare solita, quam, e Ms. abbatis Constantini  
Cajetani codice exscriptam, Ughellus tom. vii  
Italiæ sacre, ubi de Salernitanis episcopis, in  
S. Gaudiioso exhibet, sequentia isthac de Salerni-  
tanis hoc episcopo, qui in titulo, orationi præ-  
fatio, ortu et genere Neapolitanus dicitur, legun-  
tur verba: Cum igitur esset vocatus ad suscipi-  
endum clericatus honorem, ipse cum fletu id acci-  
pere recusavit. Antistes vero (Neapolitanus ni-  
mirum) ad hoc habendum, quasi eum invite coe-  
git, qui post multam precium instantiam in ecclesi-  
a Dei Genitricis tandem (Neopoli videlicet) cum  
metu recepit. Fuit itaque Gaudiosus, uti ex his  
dictis orationis verbis intelligitur, a Neopolita-  
no episcopo clericus in Neapolitana sanctissi-  
mae Dei Genitricis Mariae ecclesia ordinatus;  
cum autem sic habeat nec hæc e jam dictis  
prius, quam cum jam annis aliquot seculum vi  
esset inceptum, fuerit exstructa, consecrarium  
est, ut Gaudiosus, qui quemadmodum in eadem  
oratione statim post verba, modo ex hac recita-  
ta, declaratur, haud admodum diu, postquam  
clericus factus esset, ad sedem Salernitanam  
fuit promotus, hanc demum post annum 500,  
quo Gaudentius, ecclesiae Salernitanæ præ-  
fuit, occuparit.

C 10 Verum ut quo hæc vergant, studiosus  
lector modo intelligat, quamdiu quidem post  
dictum annum id factum? Gaudiosum atque  
adeo etiam ejus predecessorem Bonosium non mul-  
to ante Grimoaldi Salernitaniducis, quemanno  
800 vixisse ait, tempora ac proin sec. viii et vii  
vis excessisse, Ughellus Italiæ sacre tom. 7 in  
Salernitanis episcopis conjicit; cum autem or-  
do, num, prædicti assignatis, quo se ad antiquos  
ecclesiae Salernitanæ episcopos, sanctitate il-  
lustres, Musca recenset, è fidei probate, uti  
hic per verba, num. 2 recitata, indicat, monu-  
mentis sit acceptus ac proin, etsi interim sex  
illi episcopi alios inter se verosimiliter ha-  
buerint medios sibi adeo non immediate,  
sed mediate dumtaxat successerint, germanus  
ac veritati consonus esse videatur, consecra-  
rium est, ut Grammatius, qui a Musca, eosdem  
sex istos Sanctos episcopos, recensente, inter  
Bonosum et Gaudiosum ponit, sec. pariter  
octavo, si tum vere hi ambo, uti e dictis Ug-  
hellus conjicit, e viris excesserint, vitam hanc  
mortalem cum immortalis communiquerint. Verum  
anne re etiam ipsum non multo ante Grimoaldi  
ducis Salernitani tempora seu sec. demum viii

Bonosius et Gaudiosus obiere? Ughellus, qui  
id, ut dixi, tum factum, conjicit, ex eo dum-  
taxat id facit, quod, ut ait, a Grimoaldo,  
Salernitano duce, quem anno 800 vivisse af-  
firmat, S. Gaudiosi, quem in sede Salernitana  
S. Bonosius præcessit, corpus postularit. Ast  
ait ad xiv, qua de S. Bonosio, Salernitano  
episcopo, egit, Maii diem Henschenius noster,  
Non satis appetet, quorsum dux Neapolitanus  
non potuerit ab illo (Salernitano duce Grimoal-  
do) petere corpus S. Gaudiosi, licet pluribus hic  
seculis fuisset mortuus.

11 Ita sane habet ac proin Ughelli conjectu-  
ra satis fundata non est, ut ob hanc vel Gau-  
diosus vel Bonosius secundum octavo se-  
dem Salernitanam occupasse credatur. Nec,  
etsi etiam Gaudiosum haud diu ante Grimoal-  
di ducis Salernitanæ tempora ac proin seculo  
viii ecclesiae Salernitanæ præfuisse, tantisper  
daremus, merito id pariter de S. Bonosio,  
nisi hic vel proxime vel certe haud diu ante  
Gaudiosum sedis statuatur, existimaris. Ast  
anne vere vel proxime vel haud diu ante hunc  
sedit Bonosius? Apud Ughellum in encomia-  
stica de S. Gaudiioso Oratione supra laudata-  
Sancto huic morti proximo beatus Bonosius et  
alii Salernitani præsules præcessores apparuisse  
dicuntur; cum ita autem e S. Gaudiosi, qui  
huic apparuerint, decessoribus solus Bonosius  
nominetenus ibidem exprimatur, Ughellus, id  
ab encomiaste, quod hunc vel proxime vel  
haud admodum diu ante Gaudiosum ecclesiae  
Salernitanæ præfuisse existimaret, fieri ra-  
tus, re etiam vera Bonosium vel proxime vel  
haud admodum diu ante Gaudiosum Salerni  
sedisse in animum induxit; verum quid ni so-  
lum Bonosium, non quod hunc vel proxime vel  
haud diu ante Gaudiosum, sed ante omnes  
prorsus hujus decessores Salerni sedisse auto-  
maret, nominasse encomiastes queat? Utul sit,  
cum sex antiqui Salernitani episcopi, sanctitate  
illustres, sibi e jam dictis ordine, per Mu-  
scam assignato, et quidem non immediate, sed  
verosimiliter mediate dumtaxat successerint,  
non est sane, cur Bonosius, quem inter et Gau-  
diosum a Musca, Sanctos illos sex episcopos re-  
censent, horum omnino tres, videlicet Gram-  
matius, Verus et Eusterius, ponuntur, diu  
etiam, in uno altero ante Gaudiosum seculo  
sedisse haud credatur; cum autem sic habeat,  
ex eo certe, quod Gaudiosum seculo viii sedis-  
se, tantisper daremus, Grammatum pariter;  
qui Bonosio a Musca proxime subjungitur,  
tum sedisse, inferri non posset.

12 Verum annetum sedisse Sanctum nostrum  
ratione alia probari etiam utcumque non po-  
test? In ecclesiastico, quod inter supra laudata  
festorum ecclesiae Salernitanæ Officia propria  
hodie proponitur, S. Grammati Officio, Lectione  
vi sequentia de hoc Sancto nostro legitur ver-  
ba: Beatissimi Matthaei apostoli corporis adven-  
tum his verbis prædictis: " Non post multa tem-  
pora ecclisia Salernitana cœlesti thesauro de-  
corabitur atquead summum honoris apicem de-  
ducetur. " Fuisse id ipsum, quod hic memoratur,  
a Grammatio, et quidem jam morti proximo  
prædictum, a Musca in Sancti nostri elo-  
gio numero i. huc transcripto, ab Ughello tom.  
7 Italiæ sacre in Epis. Salern., itemque a  
Mazza in urbis Salernitanæ Historia, anno  
1681 vulgata, pariter asseritur. Ast quid inde  
ad

AUCTORE  
C. B.

*quamvis au-  
tem ista Ughel-  
li conjectura,  
ut probatur,  
non subsistat,*

*Sanctus tamen  
ob hic memo-  
ratam,*

AUCTORE  
C. B.

*ad rem nostram? S. Matthæi apostoli et Eu-*  
*angelistæ corpus anno 954, uti in Opere nostro*  
*ad xxi Septembbris dien in Commentario,*  
*Sancti illius Actis præmisso, § v docuimus,*  
*e civitate Pestana Salernum fuit translatum.*  
*Quod si itaque de S. Matthæi corpore, Saler-*  
*nun translato, intelligenda sit dicta S. Gram-*  
*matii prædictio, hæcque vere abs hoc Sancto*  
*nostro, morti jam proximo, fuerit prolata,*  
*necessarium, ut appareat, erit, ut hæc non*  
*multa tempora ante corporis S. Matthæi Saler-*  
*nun translationem seu annum, quo hæc e*  
*jam dictis facta, 954 ac proin vel sec. x in-*  
*choato vel haud multo citius accidisse statua-*  
*tur.*

*etii forte alter*  
*quam velint,*  
*intelligendam*  
*Grammatique*  
*haud attribuon-*  
*dam,*

*13 Verum, cum Grammatius haud expresse,*  
*contra ac in ejus elogio Ferrarius, Musca*  
*verbis perperam mutatis, hodie insinuat, Sa-*  
*lernitanae ecclesiam S. Matthæi corpore de-*  
*corandam, prænuntiarit, merito sane, anne de*  
*hoc Salernum translato recte intellecta postea*  
*fuerit ac porro debeat intelligi Sancti nostri,*  
*B de qua hic loquimur, prædictio, revocari po-*  
*test in dubium. Quid si enim, cum obscuriori*  
*modo, quæ futura prænuntiatur, explicari*  
*plerunque soleant, per celestem thesaurum,*  
*quo ecclesiam Salernitanam decorandam*  
*Grammatius prædixerit, intellectus fuerit*  
*Gaudiosus, præclare gestis, sanctitate et mi-*  
*raculis plane eximius episcopus, quid haud*  
*longo admodum post Grammatii obitum*  
*tempore Salernitanis ad gubernandam eorum*  
*ecclesiam colesti munere fuerit concessus?*  
*Adhac cum ista Grammatio attributa prædi-*  
*cio primitus ex ecclesiæ Salernitanæ Brevia-*  
*rio, uti e supra dictis nemo non facile colli-*  
*get, sit hausta, nec particularium ecclesiæarum*  
*Breviaria fidem integrum in iis, quæ narrant,*  
*ubique mereantur, merito pariter, an prædictio*

*illa vere a Grammatio fueri prolata, revocari D*  
*potest in dubium, maxime cum supra assigna-*  
*tus, quem Musca in seculi antiquis sanctitate*  
*illustribus ecclesiæ Salernitanæ episcopis re-*  
*cendis est secutus nosque et jam dictis ample-*  
*ctimur, ordo exposcat, ut Grammatius, qui hosce*  
*inter ante Gaudiosum, certo ante annum 800,*  
*uti e supra dictis pronum est eruere, vita fun-*  
*ctum, recensetur, vitam hanc mortalem cum*  
*immortali ante eundem unnum 800 certeque*  
*adeo ante seculum ix et x, contra ax memorata*  
*prædictio, si locum umquam habuit ac, ut*  
*plerique volunt, debet intelligi, exigere e jam*  
*supra dictis videtur, commutasse credatur.*

*14 Attamen cum subinde veluti brevi futu-*  
*ra, quæ non nisi diu post accidere, a Sanctis*  
*fuerint prædicta, ac proin, de qua hic agi-*  
*mus, S. Grammatii prædictio haud esset,*  
*etsi etiam, ut passim adstruktur, de corporis*  
*S. Matthæi Salernum translatione foret intel-*  
*ligenda, nec hæc prius quam cum ducenti cir-*  
*citer, postquam prænunciata fuisset, anni es-*  
*sent elapsi, fuisset peracta, a veritate dicenda*  
*E aliena, hinc ego eam, quæ, quamvis e dictis*  
*certo haud debeat, haud inepte tamen potest*  
*de corporis S. Matthæi Salernum translatione*  
*exponi, haudquam ut certo falsam fictiti-*  
*amve rejiciendam putans, Sancti nostri obi-*  
*tum, qui ob jam dicta nec in ix, nec in x sec.*  
*potest differri, ad viii potius, quam ad aliud*  
*anterius seculum, ut is equidem tam parum,*  
*quam fieri possit, a Matthæi, quæ, quemad-*  
*modum dicta prædictio fert, haud admodum*  
*diu post S. Grammatii mortem acciderit, transla-*  
*tionem removeatur, referendum existimo,*  
*etsi interdim, anne vere tum Sanctus obierit,*  
*sit admodum, uti ex omnibus jam dictis nemo*  
*non colliget, incertum.*

## DE S. GUMMARI CONFESSORE

LIRÆ IN BRABANTIA

J. B.

C

### COMMENTARIUS PRÆVIUS

§ I. Theobaldi, S. Gummari biographi, ætas : Acta ab illo conscripta : præcipua Sancti gesta paucis perstricta.

SEC. VIII SENES-  
CENTE.  
S. Gummari,  
cui Lira suam  
debet originem,

**I**ira præclarum pariter et amœnum Bra-  
bantiae, qua hæc Campiniam respicit,  
ad annem Netham oppidum S. Gummari,  
in cuius prædio condì seculo viii cœpta est, non  
modo suam debet originem, sed et eam, ad  
quam paulatim excrevit, amplitudinem. Pri-  
mum quidem hoc oppidum, teste Theobaldo,  
Sancti biographo, ex quo nimurum S. Gummari,  
cessis arboribus dumetisque, letiorem loco  
fœcunditatem attulit, Nivesdonch, seu (quod  
idem valere arbitror) Nieuwdonck dictum fuit;  
deinde Ledi vel Ledi, quo posteriore nomine in  
divisione regni Lotharii, anno seculi ix se-  
ptuagesimo facta, insignitum est, ac Carolo  
Calvo, Franciæ regi, uti et vicina Mechli-  
nia, cessit; denique Lira, Belgice Lier. Refel-

lendis variis istorum nominum etymologiis,  
quibus parum ponderis momentique inest, su-  
persedeo: non displicet tamen, si quis, vocem  
antiquam Ledi seu Leda in hodiernam Lier  
migrasse, dixerit, ad eum modum, quo ca-  
strum Leda vel Ledi in Cenomanis dictum est  
vernacule Château-sur-Loir, uti ex Sirmondi  
in Goffridi abbatis Vindocinensis Epistolam  
xix Annolatis Gottefridus Wendelinus de Na-  
tali legum Salicarum solo cap. xvi observat:  
asserenti porro Wendelino, Leodardos, Leud-  
ardos, Leudos, Leudiniam, Lidio, quorum  
in legibus Salicis abs illo editis frequens  
mentio fit, fuisse oppidum Liranum, adjudicere  
calculum nequeo, quod leges Salicæ, quas Theo-  
doricus, Francorum rex, auxit, Hildebertus  
correxit